



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola LIX. Ioannis Papae VIII. Ad Archiepiscopvm Ravennatem. Certum praescribit diem, quo Rauennae cum omnibus suis suffraganeis affuturus sit: quod si quis parere contempserit, excommunicationem ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA LIX.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ARCHIEPISCOPVM RAVENNATEM.

Certum præscribit diem, quo Rauennæ cum omnibus suis suffraganeis affuturus sit: quod si quis parere contempserit, excommunicationem illi minatur.

Ioanni archiepiscopo Rauennati.

ITER quod pro dissoluendo fœdere olim a Neapolitanis cum Sarracenis inito Traiectum fecimus, nos a præfinito die Synodi retardauit, sed quia auctore Deo, ipso discisso quies aliqua reddita comprobatur, ecce de itinere scribimus nos certissime sextodecimo Kalendas Augustas Rauennæ futuros, vbi sanctitas tua per se cum omnibus suffraganeis suis episcopis, quos ipsa conuocare debet, adesse duodecimo Kalendarum Augustarum omni remota excusatione procuret; vt communi tractatu communia ecclesiarum exorta zizania generaliter euellantur. Si quis autem in hac parte collegium vestrum putauerit declinandum, communionis nostræ a se nouerit consortium modis omnibus adimendum: nobis procul dubio, secundum Apostolum, in promptu habentibus vlcisci omnem inobedientiam. Data vt supra, indiçtione x.

2. Cor. 10.

EPISTOLA LX.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD EVMDEM.

Scribit se iussisse, vt omnes Italiæ episcopi, & præcipue Venetiarum, ad Synodum Rauennæ celebrandam accedant.

*Ioanni * archiepiscopo Rauennati.*

SCIRE volumus gloriam tuam pro multis necessitatibus sanctæ Dei ecclesiæ, sicut iam te non latere credendum est, vndecimo Kalendas Augustas istius decimæ indiçtionis, Rauennæ, gratia sancti Spiritus suffragante, Synodum nos cum confratribus & coepiscopis nostris instituisse fore modis omnibus celebrandam. Ad quam, sicut nos mul-

* forte
Vrjo Ve-
netorum
duci, vt
ex episto-
la 50. ap-
paret.